Serenus



habent enim secundum se corpus quod subsistunt: Lic & multo tenuius quam
nr̄a sunt corpora. secundum apostoli sententiam ita dicentis. et corpora celestia
& corpora terrestria; & iterum. seminator corpus animale. exsurgat corpus spiri
tale; quibus manifeste colligitur. nihil esse in corporeum. nisi dn̄i solum;
& idcirco ipsi tantum modo posse penetrabiles omnes spiritales atque
intellectuales esse substantias. eo quod solus & totus & ubique & in om
nibus sit: Ita ut & cogitationes hominum & inter nos motus adque ab
ditamentes uniuersa inspiciat adque perlustret: De ipso siquidem
solo pronuntiauit beatus apostolus dicens; Uiuus est enim sermo
dn̄i & efficax. & acutior super omnem gladium ancipitem. & pertin
gens usque ad diuisiones sp̄s & anime. conpocgum quoque & medulla
rum. & discretor cogitationum. & intentionum cordis. & non est cre villa
atura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda. & aperta sunt
oculis eius; & beatus dauid. qui fingit in quid singillatim corda eorū;
& iterum. Ipse enim nouit occulta cordis; Iob quoque, qui solus
nosti corda hominum. GERMANUS

XIIII Hac ratione quādicis. nec cogitationes quidem nr̄as intueri isti spiritus
possunt; quod estimari ualde putamus absurdum. Dicente scriptura.
Si sp̄s potestatem habentis ascenderit super te; & iterum cum diabulus
misisset in corde simonis scariote ut traderet dn̄m; quid ergo credi
potest. non patere eis cogitationes nostras. quarum seminarium pro parte
maxima ipsis inmittentib; adque instigantib; sentimus oboriri: SERENUS

XV Nulli dubium est quod possint sp̄s inmundi cogitationum nostrarum
ad tingere qualitates. sed indiciis eas sensibilibus forinsecus colli
gentes. Idest aut ex nostris dispositionibus. aut ex uerbis & studiis.
in quae propensius conspexerint nos inclinari; Ceterum illas quae
nec dum de internis animae prodierunt. adire omnino non possunt ipsas.
quoque cogitationes quas ingerunt. utrum suscepte uel quemadmodū
suscepte sint. non per ipsius animae naturam. Idest per illum interiorē
motum in medullis ut ita dixerim ipsius latitantem. sed ex motibus
adque indiciis exterioris hominis deprehendunt; ut puta cum sugges
serint gastrimargiam. si uiderint monachum ad fenestram. aut ad

QVII

VIII

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNIVERSITÄT BASEL
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
PUBLIC DOMAIN
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubb_bv13/0130